

pronum & facile cuius de die sapius Christu ita compellare : Domine Iesv, miserere mei, & dirige me. Imò illa gemina solum vocatur: Domine Iesv, precatio sunt non minus pia, quam fucincta. Nam cetera illis vocalis addenda, vel pius affectus satis exprimit, aut pactum maturinum cum Deo initum pronuntiat. Hinc saluberrimi consilij est vt non fani tantum, sed & aegroti, ac moribundi has ipsas voces, Domine Iesv, assidue tam ore, quam corde voluunt: alia his vocalis duabus in ritum precationis adiocienda fatis intelligit Deus, qui etiam coruotum se inuocantium idioma nouit. Nec enim opus omnem orationis sensum & affectum verbis exprimere, quando Deo loquimur, qui ab omni aternitate sciuit, quid non tantum locuturi, sed & cogitaturi vnquam essemus. Has voces, Domine Iesv, à beato Paulo, Stephano, alijs sanctissimis viris vsurparas dicimus, & eandem merito assidue vsurpemus.

Vbi ergo presentia diuina venerabundum studium est, illic continua pene ad Deum sequitur aspiratio. Deus omni tempore benedicendus. Beati cælités indefinenter, continue, summa cum suauitate Dei & amant & laudant, & nec puncto quidem temporis has actiones dulcissimas intermittunt. Omne cæli momentum mel merissimum, merissimas habet voluuptates. Dum viuimus, beatos cælités hac amoris & laudis indefinente ac iugi perpetuitate imitari non possumus; nihilominus viget præceptio. *Omni tempore benedic Deum*, saltem horis singulis, saltem aliquoties in horas singulas.

§. III.

Verum præceptioni huic additur: *Et pete ab eo, vt vias tuas dirigat*. Si vel ad pusillum temporis spatium nostro nos pede gradi permittat Deus, mox impingimus, cæpitamus, hallucinamus, offensamus, labimur, conculcamur; ad eò à Deo pendemus, vt heri natus infantulus à nutricis vel genitrici manu. Verissimum illud Christi: *Sine me nihil potestis facere*. Omnis *sufficiencia nostra ex Deo est*. Promissis nos Deus erigens per Psalter: *Firmabo*, inquit, *super te oculos meos*. Tu contra & tuos in me perpetim flecte: hoc saltem age, vt tuos nunquam à me penitus auertas, quin iterum, ac iterum, iterumque horis singulis me aspicias. Sic ad me identidem respicienti *intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac, qua gradieris: firmabo super te oculos meos*.

Hieronymus Platus memorat Andream Spinolam virum triginta & octo annorum animo ingenti exatuisse ad fluxa omnia deserenda, quò se penitus diuinis obsequiis in religiosa familia obeundis consecraret. Obstant multa, quæ moram iniiciebant, & iam pene ad sanctiora transuentem reuocabant. Alia sanè huadebant nobilissima prosapia, valetudo tenuis, incommoda, morbis obnoxia, lautior antehac mensa, quies affecto corpori necessaria, dignitatis amplitudo, disciplina religiose difficultas. Plura talia ad sanctiorem vitam properanti præpedimentum obiciebant. At ille in hoc cogitationum æstu sapius ad Deum versus precabatur: *Dirige me, Domine Iesv, dirige me*. Non frustra fuit hæc precatio. Repente animo illud Psalteri obiectum: *Deus qui præcinxit me virtute, & posuit immaculatam viam meam, qui persicet pedes meos tanquam ceruorum, & super excelsum statens me*. Hæc pauida cogitationes euauerunt omnes. Ergo se totum diuino arbitrio permittit, & demum ausus, quod cæperat, reliquum omnem spiritum impendit Deo, in Societatem Iesv adscriptus. Ipse dein factus est, in eo se trichiuo sapius prandisse, & lautius vt hospitem exceptum, pleraque tamen feruula & insulsa sibi & fordida fuisse visa, nunc verò strictissimam ferculorum legem & dietam valè infigitè respondere, & verò etiam interrogauit, num sibi singulare quid pararetur? Non solum fames, sed omnia verbum,

quod procedit de ore Dei, condit epulas. *Omnis sufficiencia nostra ex Deo est*, in eo res vertitur. Deus nos dirigit, & vicimus. Nec refert, per quos anfractus, & ambages nos ducat Deus, modo ducat, modò dirigit. Falco cum ad ardeam oppugnandam emittitur, si quidem probè sit eruditus, non via recta sursum euolat, sed velut fugiens lauosum, aut dextrorsum ascendit, vt supernè ruens configat hostem. Haud aliter in vita nostra sunt plurima, quæ planè anfractuosa videntur, aut noxia; quòd si Deus nos ducat, Deus dirigit, & valde recta, & admodum vitiosa suo tempore patebunt.

Primam præceptionem de Dei presentia locis omnibus veneranda; Alteram de Deo omni tempore benedicendo; Tertia rectè sequitur: *Cave ne aliquando peccato consentias*. Lethali peccato vel vnico consentire, non est aliud, quam ictum Deo lethalem intentare, promissi cæli syngrapham lacerare; & in flammis excutere. Lethaliter peccasti: Deum tibi hostem constituisti, beatitudinem cælestem perdidisti, ignis aterni supplicium commersisti. Hoc verissimè habet mali qualibet lethalis noxa, & lethalius vel minima. Et quod miserabilius: culpæ capitalis reo plerunqu non satis est semel deliquisse, sed delicta iterum iterumque repetit, & scelus necit sceleri. Nam sicuti furum tirones, nouelli lauerniones, cum semel carnificis ferulam acceperunt, vix amplius Mercurij tribu excedunt, iam patibulo initiati sunt: ita profusus, qui semel grauiori noxæ consenserunt, iam cacodæmonis iugum subierunt, iam in eius potestatem transferunt, iam tartaro consecrati sunt; si mors vitam raperet, ad inferos recta migrarent. Hinc sanè dubitem, an vllus hominum apud inferos pœnas luat, qui vni solum grauiori culpæ se obstrinxerit. Peccatum primum celerrimos habet transitus ad alterum. Qui semel malus, sapius malus, verosimillima coniectura. Rex Dauid adulterium & homicidium facillimo nexu copulauit, leui motu à flagitio in flagitium digressus. Impius Saül semel ausus Deo non parere, ausus inuidere Dauidi, omnia denique flagitia ausus est parare. Eunt aliqui, fed pauci, de virtute in virtutem, quod Psalter dixit, ita plurimi eunt de vitio in vitium. Hinc maximi refert, quod Tobias monet, nec semel quidem vlli culpa grauiori consentire. Gustata vel semel vitiorum dulcedine, difficillimum infrenem appetentiam, ne prolabatur vterius, coercere. Ergo trigeminam hanc Tobias præceptionem inculcāmus pectori. 1. Deum in mente habeamus omnibus diebus vitæ nostræ. 2. Benedicamus Deum in omni tempore. 3. Cauēamus ne aliquando peccato consentiamus. Hanc potèd viam teneamus; Ibius de virtute in virtutem.

C A P V T X.

Tobias eleemosynarum largitor liberalissimus.

Præceptione triplici Tobias filium formauit ad optimos motes. Quippe illum erudiit. 1. Qua ratione se gereret aduersus Deum. 2. Quem aduersus hominem se præberet. 3. in seipsum quis esset. De his omnibus singularim disserere prolixè nimium dictionis foret. Nos hic de eo solum loquemur, quod omnes homines spectat, & de quo supremè iudicij die maxima & pene sola erit quæstio; quo nimirum animo fuerimus in pauperes & afflictos, quid eleemosynæ ac stipis parauerimus in egenos. *Eleemosyna*, inquit Tobias, *ab omni peccato & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras*. Eleemosynam omnes diuini libri plurimum commendant. Ergo de eleemosynis, sed oratione adstrictè facta breuiter, summatimque disseremus.

Duz voces Domine Iesv, assidue tã ore quam corde voluenda.

Vt vitæ nostræ à Deo dirigantur petendum.

Ioan. 15. 5. 2. Cor. 3. 5. Ps. 31. 8.

Platus 13. de bono statutu Relig. c. 16. mibi pag. 516. Ad hoc paradigma.

Psal. 17. 33. & 34.

1. Cor. 3. 5.

Tob. 4. 6. Peccatum omni modo cauendum. Cur 3.

Psal. 83. 34.

Triplex Tebia præceptio pectori inculcanda.

Tob. 4. 11.